

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de
Parisiis, M.D.LXXV.**

Vitam sanctam plus terroris habere, quàm veræ asperitatis. 110.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](#)

stare oleū necesse est. Vnde se-
ingerit amor mūdi cū cōsolatio-
nibus, imò desolationibus suis.
Obseruat aditus, per fenestras ir-
ruit: mētem occupat: sed nō eius
qui dixit, Renuit consolari ani-
ma mea: memor fui Dei & dele-
ctatus sum. Pr̄occupatum nem-
pe secularibus desideriis animū
delectatio sācta declinat: nec mi-
sceri poterunt vera vanis, æterna
caducis, spiritualia corporalib⁹,
sūma imis, vt pariter sapias quæ
sursam sunt & quæ super terram.

Vitam sanctam plus terroris
habere, quam veræ
asperitatis.

110.

Dura Deus iubet Abraham: quid durius quoquā
Esse queat, sobolem quam iugulare suam?
Nec tamen, ad mortem promptus licet ille, necatur:
Verū aries madidam sanguine reddit humum.
Cum libi vox igitur variis diuina labores

z. iiiij

S A C R A

Proponit, tibi cum nil nisi triste canit:
Netimeas nam non morietur vera voluptas:
Sed tibi qua pestem diro cupido parit.

S C H O L I A.

Dura Deus iubet) Bernardus su-
per his Euangelij verbis , Ecce
nos reliquimus omnia &c. ex-
ponens hęc verba Christi, Tolli-
te iugum meum super vos , his
verbis vtitur : Mira nouitas , sed
eius qui omnia noua facit. Iugū
tollens inuenit requiem , relin-
quens omnia centuplum habet.
Nouerat hoc & ille , nimirū ho-
mo secundum cor Dei , qui ei lo-
quebatur in psalmo , Nūquid ad-
hæret tibi sedes iniuitatis qui
fingis laborem in præcepto ? An
non fictus in præcepto labor , o-
nus leue , suaue iugū , crux inun-
cta? Sic & olim quidem Abrahæ
dictum est , Tolle filium tuum
quem diligis Isaac , & offeres mi-

hi eum in holocaustum. Labor
factus est in præcepto. Oblatus
siquidem Isaac, sanctificatus est
nō mactatus. Et tu igitur si vocē
domini audieris intus in animo,
& dicatur tibi ut offeras Isaac (id
est gaudium, seu risum) fideliter
& constanter obedire ne timeas.
Quicquid affectio propria iudi-
cet, secur⁹ esto. Nō Isaac, sed aries
morietur. non peribit tibi lētitia,
sed contumacia, cuius vtique
cornua vepribus hærent, & sine
unctionibus anxietatis esse non
potest. Tentat enim te Dominus
tuus: nec mactabitur Isaac ut opi-
naris. Viuens viuet: sed eleuatus
est vt iq; super ligna, ut in sublimi
gaudeas, nec in carne propria, sed
in cruce Domini glorieris: per
quem nimirum crucifixus & ipse
es, sed crucifixus mundo: nam ei
viuis.

su-
cce-
ex-
ollis-
his-
sed-
ugū-
lin-
bet-
ho-
lo-
ad-
qui-
An-
, o-
un-
hæ-
um-
ni-

S A C R A

Oratio ad Deum

Hæc ego dum veterum relego monumenta paratum,
Ex variis rapui floribus, instar apis:
Ut desiderio Christi mens ægra medelam
Inueniat, gemitus & leuet ipsa suos.
At tu da quæso, genitor sanctissime, vita
Ut mea cum scriptis congruat usque meis.
Neue, Vriæ in morem, stolido mihi scripta ferantur,
Quæ tandem æternæ sint mihi causa necis.

S C H O L I A.

Neue Vriæ in morem) Gerson in
lib. de Consolat. Theolog. pros.
4. eos, quorum.